Ut autem potis ſit officium iſtud facere, requiritur

1. Ut *homo ſit: ſequentibus de cauſis.*

1. Quia homini pœna præſtituta fuit luenda.

Homo enim peccavit: homo igitur, ut pro peccatis dependeret, optimi fuit juris.

Rom. 5,12.

1. Cor. 15,21.

2. Quia mors pro nobis fuit oppetenda: ex Dei lata ſententia.

Gen. 2,17.

Hebr. 9,22. & 2,14.

2. *Verus homo ſit, omnibus infirmitatibus obnoxius, dempto peccato.* Heb. 2. & 4.

1. Quia juſtitia Dei id poſtulat.

Vero enim homini Deus interminatus eſt pœnam.

Gen. 2,17. Ezech. 18,20.

Exodi 32,33.

Ideò B. Auguſtinus.

Ipſa natura ſuſcipienda erat, quæ liberanda.

2. Quia Veritas Dei hoc exigit.

Promiſſus enim ſemini *mulieris.*

Gen. 3.

Abrahæ.

Gen. 22.

Davidis.

2. Sam. 7.

Prędictum inſuper infimum, pauperem, contemptum fore.

Jeſ. 53. Zach. 9.